

esse veteribus Codicibus notant *Mauriani*, qui tamen post alios illum inter dubios retulere T. V. col. 1485. Textum nostrum secundis curis revisum fuisse, jam in principio dixi.

Praetensum illi est Folium Necrologii a V. kal. Aug. ad Idus mera referens Monachorum Nomina, nisi quod ad IV. kal. legatur *Stephanus parisiensis episcopus*. Obiit hic hujus nominis I. verifimilius anno 1143. ut habes *Galliae christ.* T. VII. col. 64. de die vero Documenta ibi relata non concordant. Necrologium Eccl. Pa-

*Perscripsi librum dictis euuangeliorum
Quorum uirtute constat mundo uia uite.*

Alia manus: *Nota, quod frater iohannes recepi me hic in paumgartenperge illo tempore quando Tatarij dicebantur esse venturi Anno Domini MCCLXX (suspicio tertium X. erasum) V. Reipsa fecun-*

*Non est in mundo Dives, qui dicat: Abundo.
Si possent Homines mundum sibi perpetuare,
Tunc Homo perpetuo mundum deberet amare.*

Demum Donatio: *Notum sit omnibus fidelibus christianis, quod quidam homo membertus nomine delegauit super altare S. iacobi pomgartenberce quandam mulierem nomine mabetildam ad censum V. denariorum. Vlsalvus. quem testem puto.*

ris. adsignat II. Non. Maji, Epitaphium renovatum III. kal. Aug. Obituarium vero S. *Victoris* nobiscum facit pro IV. kal. Aug. Quid vero, dices, *Cisterciensibus Austriacis* cum Episcopo *Parisi-*no? Expende Monachorum defunctorum Nomina, et plurima deprehendes in *Galliis* olim usurpata, unde statues, Necrologium istud non in *Monte Pomario Austriae* scriptum, sed peregre inde adlatum, unde totus Ordo *Cisterc.* ad nos propagatus est.

Ad calcem Codicis Librarius:

da illorum in *Poloniam* irruptio contigit a. 1287. His accedit e-just. Sec. manu pia ad Angelum tutelarem Precatio, et variae Gnomae v. g.

CCCXXXI.

Codex membranaceus lat. Sec. R. 61 XII. Folior. 156. f. eleganter exaratus, minioque distinctus S. *Augustini* sequentia complectitur: I. *Incipiunt sermones in Sancto Mattheo evangelista*. Praeit Elenchus *Sermonum XXIII.* quem collatum cum Edit. *Maur.* T. V. hic exhibeo:

Sermo

Sermo I. in Edit. CIX. et quidem in <i>Lucam.</i> XIII.	LXXVI.
II. LIV.	XIV. LXXII. in <i>Append.</i>
III. LXX.	XV. LXXXIII.
IV. LV.	XVI. LXXXII.
V. LXI.	XVII. LXXXIV.
VI. LXII.	XVIII. LXXXVIII.
VII. C. in <i>Lucam.</i>	XIX. LXXXII. in <i>Append.</i>
VIII. LXVII.	XX. LXXV. in <i>Append.</i>
IX. LXX.	XXI. XCVII. in <i>Marcum</i>
X. LXIX.	XXII.
XI. LXXI.	XXIII. XCIII.
XII. LXXII.	

Vides III. et XXII. vacare; neque enim eos in S. Patre reperi. Et prior quidem fol. 4. inscribitur: *Sermo eiusdem de uerbis domini in euangelio Secundum mattheum. Qui fecerit et sic docuerit maximus uocabitur in regno celorum.* Incipit autem: *Dum nobis pro officio competat dicere. uobis autem conueniat pro deuotione audire. quid tam necessarium tamque timens (radendo corrupta vox, fortasse pertinens) poterit utrisque contingere, quam ut (abrasum quod?) religiose dicitur et deuote auditur, obsequiis competentibus teneatur. Nam si religiosa non tacere lucrum est, tacere dispendium, quanto itaque potiora lucra poterunt prouenire, cum operationis effectu monstratur, quidquid magisteriis celestibus discitur et teneatur. Gregorium M. audire te putes; sed neque apud hunc inueni breuem hunc Sermonem, qui de Docentis et Discipuli officio, et Dei misericordia et Legis obseruantia pertractans finit mendose: *Et dum tenentes prospera et repellentes aduersa in conspectu do-**

mini inueniamur ab ipso cum omnibus sanctis in eterna secula seculorum. Amen. Alterius inscriptio est fol. 54. *Sermo eiusdem de uerbis domini. in euang. S. Math. De decem uirginibus. et initium: Inter parabolas a domino dictas solet querentes multum mouere ista que de decem uirginibus posita est. Et multi quidem hic multa senserunt que non sunt preter fidem sed quomodo partibus eius omnibus conueniant expositione laborandum est. Legi etiam in quadam scriptura ex earum genere que apocrife nominantur &c. Indigna haec Augustino, cuius Sermonem XCIII. de eadem Parabola legisse tamen ignotus autor uidetur. Finit ille: neque aliis preiudicat. que nichilominus secundum fidem esse potuerint.*
II. fol. 59. *Incipiunt sermones euangelii Secundum Lucam.* En alteram classem Sermonum, ut Elenchus praefert, XV. quorum tamen ultimus fit: *De uerbis apostoli. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal christi.* En eorum cum Editis collationem.

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 775

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I. Wien 1799.

711

C O D I C E S

712

I. in Edit.	CII.	IX.	CXI.
II.	CCCLXVII.	X.	CXII.
III.	CIII.	XI.	depromptus ex <i>Enarrat. Psl. LXX. n.</i>
IV.	CIV.		6—9. T. IV. col. 738.
V.	LXXXIV. in <i>Append.</i>	XII.	CXIII.
VI.	CV.	XIII.	CXV.
VII.	CVI.	XIV.	CLXXI. de Verb. Apoft. <i>Gaudete.</i>
VIII.	CX.	XV.	CIX. in <i>Append.</i>

III. fol. 79. Tertia Sermonum
Classis, inscripta: *Incipiunt eius-*
dem de iobanne. Elenchus praevi-

us indicat *Sermones XXVIII.* quos
iterum cum Editis contendam.

I. in Edit.	CXVII.	XV.	CXVI. in <i>Append.</i>
II.	CVIII. in <i>Lucam.</i>	XVI.	CCCLIV. ad <i>Continentes.</i>
III.	CXXII.	XVII.	CXLII.
IV.	CXXIII.	XVIII.	CXLI.
V.	CXXIV.	XIX.	Tract. LXXI. in <i>Job. T. III.</i>
VI.	CXXVIII.	XX.	XCVII. in <i>Append. brevior.</i>
VII.	XCVIII. in <i>Lucam.</i>	XXI.	Tract. LXXVIII. in <i>Job. T. III.</i>
VIII.	CXXIX.	XXII.	LXXXVIII. in <i>Matth.</i>
IX.	CXXXII.	XXIII.	CXLIII.
X.	Tract. XXXIII. in <i>Job. T. III.</i>	XXIV.	CXLIV.
XI.	CXXXIV.	XXV.	CXLVI.
XII.	CXXXVII.	XXVI.	LII. in <i>Matth.</i>
XIII.	CXXXVIII.	XXVII.	CXXVII.
XIV.	CXXXIX.	XXVIII.	CCCLXXXIV. de <i>Trinit.</i>

En igitur *Sermones LXVI.* qui ob
Inscriptionum discrepantiam non
leve faceffunt comparanti nego-
tium. Sed etiam lectio ipsa fre-
quenter variat. Ita *Sermo I.* qui in
Edit. infit: *Evangelium audivimus*
et in eo Dominum eos arguentem,
qui faciem coeli norunt probare et
tempus fidei regni coelorum appro-
pinqnantis nesciunt invenire &c.
nobis ita orditur: *Modo cum euan-*
gelium legeretur audivimus Domi-
num docentem eos, qui faciem coe-
li uolunt probare et tempus fidei

appropinqnante regno coelorum ne-
sciunt invenire &c.

IV. fol. 139. *Liber augustini*
ad petrum diaconum de fide. Initium,
quod Noster *Prefacionem* ad-
pellat: *Epistolam fili petre tue ca-*
ritatis accepi &c. Finis: *hoc quo-*
que illi Deus reuelabit. Amen.
Fulgentii Rusp. esse norunt Eru-
diti. Extat *Opp.* ejus p. 226. E-
dit. *Venet. 1742. f. Mauriani* in
Append. Opp. Augustini T. VI.
col. 19. referunt, quorum *Admo-*
nit. praeviam, si lubet, adi-

V.

V. fol. 154. Liber Augustini de agone christiano. Initium: *Corona Victoris non promittitur nisi certantibus &c.* Abrumpitur jam C. X. in his verbis: *non eius opere sed nostra uoluntate meruimus.* Extat Opp. T. VI. col. 245. Lectio nostra proba.

CCCXXXII.

R. 3283 Codex membraneus lat. Sec. XIII. Folior. 222. f. max. per duas columnas primum quidem caractere crasso, atro, luculento, dein tenuiore nitido, utroque ta-

Codex

posse donauerit *explicemus* propterea quia tunc primum Aegyptii tranfierunt, non enim *persequendo manserunt*, non tamen tranfierunt

Caput, quod hinc *transisse* *noverant*

Non *prohibemur intelligere* in *usu* mala et in effectu bona Evangelistarum uestigia *consummavit*.

Quia enim homo superbus — venit *etiam*.

II. fol. 119. Incipiunt capitula beati augustini super Iobannem. De uerbis domini. Postremum uerum est; est enim Elenchus *Sermonum De Verbis Domini* numero LXII. Itaque desunt ultimi II. e T. V. edit. *Maur.* reliqui uero decurrunt juxta *Ordinem veterem* ibidem praefixum, nisi quod *Quintus* loco motus est, et constitutus

men eleganter exaratus, rubricis distinctus, et olim *Monasterii B. V. in Gærsten* O. S. B. quod fuit in super. *Austria*, constat sequentibus: I. *Incipit sermo I. beati Augustini super secundam partem Iobannis.* Secundam Partem uocat *Noster* illos *Traetatus*, qui in *Edit. Maur.* T. III. col. 653. a *Traet. LV.* ad *CXXIV.* id est ultimum porriguntur. Ipse uero a I. ad *LXIV.* numerando progreditur. *Integra* sunt omnia, nec deest, quod ad lectionis variationem notari mereatur, cuius specimen e *Traet. seu Sermonem I.* adscribam.

Editio

posse donaverit *explananda* propterea tunc primum Omittit: non enim *persequendo manserunt*

quod hinc *transisset*

Non *prohibemus intelligi.* in *usum* mala et in effectu bona Evangelistarum uestigia *confirmavit.*

Quia homo superbus — venit *enim.*

Decimus octavus. Lectio proba est, et quae discrepant, vix animadversione digna sunt. Neque illud admodum necesse est monere, quosdam horum *Sermonum a Maurianis* in *Appendicem* remissos esse.

III. fol. 221. p. 2. Accedit *Catalogus chronologicus Rom. Pontificum a S. Petro ad Adrianum I.* et annum *DCCXCVI.* quem ulte-